

querelam illam justo exāmine libratain coram pra-
fato papa Nicolaoe in communi concilio fuisse des-
nitam. Hoc auditio præfatus cardinalis Stephanus,
recitatis prius episcoporum epistolis, respondit non
esse conveniens, nec omnino licere, quod Romanus
pontifex semel juste desinierat, a quoquam alio rur-
sus alter discuti. Hoe solummodo illis reliquum
esse ut, si verbis monachi et litteris episcoporum
astipulationem præferentibus credere detrectarent,
ipsi prædictos adirent episcopos, et utrum ita esset
rei veritas eorum viva voce per semetipso usque ad
sequentem B. Petri festivitatem, quæ in Kalendas
Julii celebratur, per semetipso plenius addiscerent:

A et si ita esse ut eorum epistolæ protestabantur agno-
scerent, ulterius monachos Vindocini de hac re nul-
latenus præsumerent inquietare: sin autem, Romam
sequenti anno ad tractandum in concilio querele
istius judicium utrique pergerent. Hanc sententiam
rationabiliter justeque prolatam tam episcopi quam
abbates, aliique ecclesiastici ordinis qui adfuere
viri religiosi, quorum subscripta sunt nomina te-
stati sunt. Goscelinus Burdegalensis archiepiscopus,
Goderannus Sanctonensis, Guillelmus Engolimensis,
Isembertus Pictavensis, Ragomundus Valatensis,
Quiriacus Nannetensis, Mengus Venesensis, Ite-
rius Lemovicensis, Guillelmus Agenensis.

ANNO DOMINI MLXXXIX.

LEO ATINENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA HISTORICA.

(Apud UCELLI, *Italia sacra*, t. VI, col. 426.)

LEO, summae eruditio[n]is et divinarum scientiarum egregius vir, Atinensis Ecclesiae episcopus ordinatus est ab Adenulpho, Capuano archiepiscopo, anno 1044. Eximie sedit ann. 28, defunctusque est anno 1072. *Hujus tempore*, inquit s[ecundu]s Chronica Atinensis, *constructa est ecclesia S. Marie in templo Saturni*; *hujus etiam tempore inventum est corpus Christi martyris Marci*, quod latuerat in episcopio Atinensi *sub altare minore*, quod postea dedicarit in honorem S. Bartholomoei juxta corpora SS. Nicandri et Marci. Annus Christi erat 1046, Kal. Augsti, quando Leo sancti martyris exuvias sacras invenit ac transtulit, cuius Historiam ipsemegregius præsul scripsit. cuius exemplar ex ms. codice litteris Longobardis conscripto bibliothecæ Casinensis infra habes. Plura scripsisse Leonem ingenii sui documenta referunt, quæ patua suspiunt. Exstant sermones aliqui in D. Marci martyris prædecessoris sui apud me ms. Quos ne sicut cætera voret vetustas, hic exscribere non pigebit ad laudem tanti martyris asserendam, in cuius etiam laudem Petrus diaconus Casinensis aliquot sermones concinnavit; nec adhuc, quod sciām excusi sunt, latentque in celebri Casinensi bibliotheca.

INVENTIO SIVE TRANSLATIO CORPORIS BEATISSIMI MARCI MARTYRIS ET PONTIFICIS, EDITA A DOMINO LEONE EPISCOPO ATINENSI.

Fratres charissimi, humiliiter postulemus gratiam Spiritus sancti, quo, ejus repleti dulcedine, de beatissimi Marci corporis inventione non incongrue redamus sermonem.

Beatissimus igitur Marcus, Domitiano Cæsare imperante, Atinensis fuit antistes, sub cuius temporibus, Maximo jubente proconsule, clavis capite duris fixus, demum gladii ictu eervice percussus, marxi est palmam gloriose adeptus, atque in memo-

B ratæ civitatis confinio feliciter est tumulatus. Christiani vero qui tunc temporis aderant, magno studio in ejus honorem construxerunt basilicam, quæ longo post tempore, ut ejus antiqua memoria monstrant, a pravis hominibus devastata et ad solum est redacta. Multo itaque tempore sic permanente, cœperunt ibi rustici suas bestias, equos et asinos nocturno tempore collocare; sed omnipotens Dominus Marci sui dilecti famuli injuriam mirabiliter